

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**De Hymni Passionalis: O Traurigkeit/ [et]c. verbis: Gott
selbst liegt todt/**

Quistorp, Johann Nicolaus

[Erscheinungsort nicht ermittelbar], 1707

VD18 13399578

urn:nbn:de:gbv:45:1-15722

4.
L. D. B. V.

DE

HYMNI PASSIONALIS:

Ö Traurigkeit /c. verbis:

Gott selbst liegt todt /

IN

PROBLEM. THEOLOGICO,

PRÆSIDE

VIRO SUMME VENERABILI

**DN. JOANNE NICOLAO
QVISTORPIO,**

SS. THEOLOGIÆ DOCT. EJUSDEMQUE P. P.
LONGE CELEBERRIMO, AD DIV. NICOLAI PASTO-
RE MERITISSIMO, REVERENDI MINISTERII RO-
STOCHIENSIS HACTENUS DIRECTORE, NUNC VERO
SUPERINTENDENTE ELECTO GRAVIS-
SIMO,

*PATRONO, PRÆCEPTORE ATQUE IN JESU
CHRISTO PATRE, FILIALI PRORSUS OBSEQUIO COLENDO,*

AD DIEM SEPTEMB. MDCCIII.

IN AUDITORIO MAXIMO

PUBLICE DISPUTABIT


M. JUSTUS WESSELUS RUMPÆUS,

Unnâ - Gueſtphalus,

AUTOR-RESPONDENS.

Recusa Anno 1707.







JESU JUVA!

Προάυλιον.



Ub tuum, Lector benevole, prodit hîc conspectum problema Theologicum de Hymni Passionalis verbis: *Gott selbst liegt todt*. Occasionem & rationem instituti, cum hîc sit aliquid præfandum, cum historia hujus controversiæ (à me Dissertationis auctore) breviter hanc habe. Disputaverat sc. in Patria sub abitu ex Archi-Gymnasio Tremoniano percelebri Anno 1700. d. 25. Augusti Frater meus amantissimus de propositionibus idiomaticis primi generis commun. idiom. *Christus est passus, Deus est passus*, & hanc suam Disputationem ex prælectionibus publicis Præsidis sui, B. D. Nungesseri, selegerat. Cum jam inter alia occasione tertiæ speciei, primi Gen. comm. idiom. *ἰδιοποιήσε* de cantionis: *O Traurigkeit* / verbis: *Gott selbst liegt todt* / ita judicasset, ut nullam esse necessitatem ea NB. in gratiam potissimum adversariorum corrigendi & loco illorum substituendi: *Der Herr liegt todt* / ex prælectionibus prælaudati Nungesseri informatus, sequentibus diceret verbis: *Hinc non opus esse reor, ut in gratiam adversariorum verba illa in cantione quadam passionali: O Traurigkeit / O Herzeleid / in secundo versu: O grosse Noht / Gott selbst liegt todt / pro Gott selbst liegt todt / libris Psalmorum nostris inseratur: Der Herr liegt todt! Postulat id ipsum ἰδιοποιήσε* veritas, & realitas, ad quam exprimendam, & ad singularem inde solatii vim hauriendam, auctor Psalmi studio sic loqui voluit; (1.) dici non potest, quantos hæc innoxia fratris verba apud quosdam in patria excitaverint tumultus, ut parùm abfuerit, quin frater schismatis aut hæreseos notam propterea incurrerit. Sic enim in ipso conflictu non nemo tanto impetu propter hæc verba Disputationem fratris impetiit, ut eam NB. pro famoso libello carnifici, ut vulcano objiceret cremandam, tradendo, publicè proclamaret, convitiis præterea plurimis in fratrem coniectis. B. Superintendens, Nungesserus, Præses, facti iniquitatem videns, silentium quidem

A 2

Dn.

[1] *Disp. p. 25. §. 13.*



Dn. Opp. injunxerat, sed frustra. Et quanquam hæc magna satis, quæ adversus fratrem molitus est, quilibet putaverit esse; tamen Dn. Opponens hisce non contentus, quam primum Beat. Nungesserus mortalitati renunciaffet, inter cœlites quoad animam relatus, *ut mortuo leoni eò securiis insultare possit*, (utor verbis celeberrimi Autoris epist. Apol. pag. 44. sub fin.) vastam aliquam contra fratrem apologiam typis evulgatam conscripsit, subjuncta epistola apologetica celeberrimi cujusdam Viri de eodem argumento. Causam autem B. L. si quæris hujus instituti, hæc est: Putarunt enim hi autores, à fratre celeberrimum Virum B. Superintendentem Dn. D. Dresingium esse his verbis læsum, ejusque famam arrosam, quippe qui verborum mutationis allegatorum in cantione autor fuerit, jam autem de tanto Theologo præsumere, multò magis publicè & audacter de eo id scribere, quod hanc correctionem NB. *in gratiam adversariorum* suscepisset, nimis iniquum & tanto Theologo indignum esse: Unde putarunt, è re esse, præcipue cum Dn. Autor apologiæ filius, alter autem celeberrimus epistolæ apologetiæ Dn. Autor, gener Beat. D. Dresingii esset, ut non oppositionibus tantùm, sed publicis etiam scriptis ejus fama defenderetur, & abs (sic dicto) iniquo fratris ἐκλήματι liberaretur. (2) Scopum ergo in his suis scriptis Dn. Contradicentes unicum hunc sibi præfixere, ut B. Dresingii famam à fratre arrosam defenderent. Convitiis hinc in fratrem meum nec hinc pepercere; Siquidem mox *pro Calumniatore*; (3) Mox ejus Disputatio *pro frigida Disputatione*. (4) (Cum tamen autor ad Disputationis calcem, utpote in quo frater suam satis superq; excusavit tenuitatem, respicere debuisset: Et si de cætero paria ejus apologiæ, utpote cujus titulus cum re tractata vel parum, vel plane non respondet, imputare vellemus, non erraremus. Sed scommatibus & convitiis hinc certare nolumus. Hoc interim dissimulare non possum, quod Præses disputationem in Præfat. laudaverit, quod tamen ex adulationis crimine fecisse de tanto viro præsumi non debet) & si quæ sunt alia, pronuntiatur. Imò, quod mireris, nec Præsidi parcitur, hinc enim mox *alicujus* in corrigenda Disputatione *negligentiæ*; (5) Mox *ingratiitudinis* propter beneficia sibi a B. Dresingio

(2) Vid. præfatio Apologiæ & Epist. apol. ab init. pag. 44. & seq. (3) Epist. Apol. p. 53. (4) Apologia p. 37. n. 3. (5) Apol. p. 37.

singio exhibita; (6) Mox etiam *obtreptionis* (nescio cuius) ad-
 versus posteros B. Dresingii &c. (7) accusatur; Et tamen, hi autore^s
 convitiis pugnasse non volunt videri. Sic enim autor apologiæ
 iniquus propterea est in fratrem innocentem, quod scommatibus
 & convitiis eum absentem laceffiverit excusat se hic frater, quod
 à JCtis persuasus ex prætento retorsionis jure hæc fecerit, quod
 tamen modestiâ Christianâ duce non probamus) *se autem*, scribit,
talia spernere, nec convitiis certare velle. (8) Pariter autor cœteroquin
 celeberrimus Epist. Apol. (9) protestatur, *se calamum affectu*, con-
 vitiis sc. certando, *non esse tincturum*, nihilominus tamen sub fine
 hujus Epist., quod *justus dolor*, (quem autem hæcenus videre non
 licuit) *à se extorsit verbum subinde duriusculum*, fatetur. (10) Judi-
 ca nunc, B. L., an frater meus, propter verba antea adducta talia
 commeritus fuerit; præcipuè ubi jure jurando sibi de autore corre-
 ctionis nihil quicquam constitisse, multo minus, quod B. D. D. Dre-
 singii vel alius cujuscunq; famam hisce voluerit læsam, confirmare
 velle, non semel promisit. Quid enim verba fratris aliud, quàm
 non opus esse (propter *ἰδιοποιήσεσθαι* veritatem & realitatem) ut
 hæc verba in gratiam adversariorum corrigantur, volunt? Quous-
 que ergò B. *Dresingius* hæc verba in gratiam adversariorum corre-
 xisse, nec præsumitur, nec probari potest; Verba fratris hunc
 Celeberrimum Virum non tangunt. Et stante Dnn. contradicentium
 argumentandi ratione: Frater meus negavit, opus esse, ut in
 gratiam adversariorum cantionis verba corrigerentur; Ergo ac-
 cusavit B. Dresingium collusionis cum adversariis, utpote qui
 correctionis autor fuit: Eâdem ratione & Theologi Brunsvicenses
 injuriarum fratrem postulare possent, quod & hi per fratris verba
 quoad prius membrum collusionis cum adversariis fuerint pressi,
 quia hi pariter, teste autore apologiæ (11). Et epistolæ apol. autore
 (12) verba nostra cantionis in suis libris Psalmorum correxerunt,
 quamquàm alia, quam in libris Psalmorum Tremoniensium, nimi-
 rum hæc: *Gottes Sohn liegt todt* / posuerunt. Necessum ergo & hi
 Theologi haberent vastum aliquod conscribendi contra fratrem
 scriptum, in quo multis convitiis pariter & hoc *ἔγκλημα* à se avertere
 possent

A3

(6) *Epist. apol. p. 68.* (7) *Epist. apol. p. 45.* (8) *Apol. p. 40. & seq.* (9) *p. 5.*
 (10) *Epist. Apol. p. 68.* (11) *p. 30.* (12) *p. 54.*

possent. Quos hinc frater meus non haberet adversarios? Et si quærere ex Dnn. Contradicientibus liceret, annon ipsimet fateri necessum habeant, malè verba cantionis in gratiam adversariorum corrigi & mutari? quærerem, mihi assensuros esse eò certior sum, quò magis in gratiam adversariorum faciendum esse tale nihil, mihi concedent: Et an probabile est, B. Nungefferum latuisse correctionis auctorem? si vera sunt, quæ habentur apolog. (13) & tamen hic Theologus non patris tantum verba (cum aliàs accuratissimus in corrigendo fuerit) non correxit, sed, ut mihi pro certo narratum fuit, sibi constituerat verba correctà libris Psalmorum de novo edentis restituere, multo minus, quod, ut autor apologiæ (14) scribit, se super his fratris verbis per Collegam excusaverit, contrarium etiam B. Viri relictà viduè, se nullum sc. Collegam apud B. Maritum vidisse, testante. Quicquid ergo hic à fratre peccatum, id in B. Virum pariter redundare certum est, non obstante excusatione, quæ apol. (15) invenitur. Ego hinc propria Dnn. contradicientium merito usurpavero verba: *Quid ergo tandem judicabimus de tumultibus antagonistarum? (Contradicientium) Quis iste ignis est, qui adeò flagrans reddidit? An ex sanctuario Dni depromptus, an verò peregrinus? Excutiant quæso hic conscientiam suam coram illo, qui corda scrutatur & renes, & cui ratio reddenda super omni verbo otioso, (annon hoc scripta contradicientium feriat, aliis dijudicandum relinquo?) quanto magis super illo (16) quod non tantum fratrem meum innocentem, sed etiam, quod magis est, B. D. Nungefferum in tumultu suo tantis injuriis & convitiis laceffant? Excutiant, inquam, conscientiam suam, an, si vel maximè frater meus hîc peccasset, gradus admonitionis à Salvatore (17) tantopere commendatos in fratre corrigendo & deprehendendo observaverint? Jcti hanc tradunt regulam: *Eum, qui agit, certum esse debere & prius diligenter rem explorare, & tunc ad agendum (increpandum) procedere, nec adeò temere ad injuriam prorumpere, (18) quam Dnn. contradicentes hîc observare debuissent. Putaverim mihi quidem non opus esse, famæ fratris**

(13) p. 40. §. 12. (14) p. 37. (15) p. 36. seq. (16) Epist. apol. p. 67. & seq.
 (17) Matth. 18, 15. (18) Vid. Harprecht Comment. ad instit. f. 387. n. 122. & seq. Philippi Observat. decis. 85. Observ. III. f. 1223. n. 45, & seq.

fratris læsæ, qualicumq; scripto succurrere, cum exteri boni & iudicio pollentes omnes, ut mihi narratum est, hoc Dnn. contradicentium factam improbarunt, imò à fratre, ut suum scripto de hac controversia iudicium interponerent requisiti, lubentes annuere, & undiq; fratri adstipulati fuere: accedit, quod, si res penitiori & accuratiori, ut ajunt, lance perpendatur, hæc, quam sine omni movere ratione, controversia de jure nos non feriat; (non ergo concipere possum, quinam sint illi adversarii mussitantes, & quænam criminationes antagonistarum, quibus apologia & epistola apologetica est opposito, fortasse intelliguntur, qui fratrem meum in hac causa defendere, sed cum horum fortassis plures eosque graviores tempus sit manifestaturum, grave Dn. Contradicentibus fuerit hoc *ἔγκλημα* illis imputare) cum tamen *Magn. Dn. D. Quistorpium, Preceptorem atq; in J. C. Patrem meum venerandum*, circularis, ut vocant, Disputandi ordo tangeret, ego, ut, in quo me exercere possem, haberem, problema hoc Theologicum sistere volui: *quid de verbis Hymni Passionalis: Gott selbst liegt todt / sit habendum?* Et quidem primum ad Quæstionem breviter respondebo, argumentis adductis: Dein objectiones dissentientium solvam. Quod dum facio, partim auxilium à Deo T. O. M. mihi per suspiria impetrandum promitto; partim etiam Dnn. Contradicentes, ne hoc, quod sine omni obtractandi animo, veritatem saltem rei indagaturus, scriptum volo, in sinistram rapiant partem, vehementer etiam atque etiam oro ac rogo. Sit ergo

PROBLEMA THEOLOGICUM,

Quid de Hymni Passionalis: O Traurigkeit! c. verbis: GOTT selbst liegt todt / est habendum?

§. 1. Resp. THESIS; *Verba cantionis non tantum sunt analogia fidei, & Orthodoxis Theologis consentanea; sed ut retineantur, &, si Adversarii illa impetierint, pro defensione illorum justè ubique certetur, maxime etiam opus est.*

§. 2. Quod enim hæc verba: *GOTT selbst liegt todt* analogiæ fidei sint consentanea, multis probari posset argumentis, ne tamen numero potius quam pondere argumentorum certasse videmur, unum vel alterum in medium hic adduxisse sufficiat. Sic ergò constat, quod in hac propositione: *DEUS*
est

Deus est passus, defendenda contra Reformatos Theologos Nostri passim depugnarint, (unde illam ceu Orthodoxam defendit Author Apologiae à pag. 1. usq; ad 23.) quibus nunc illi argumentis eam probant, iisdem & nostram thesin, quà partem primam, cum clariorem & ἐμφατικώτερον in se tantum contineat explicationem, probari posse, autem. Præsuppono autem hîc tanquam generale postulatum, ut Theologos in sua, ita nos in nostra thesi defendenda unicè de appropriatione, nullò autem modo de *Physica aut essentiali quapiam competentia*, loqui, ut aded mens nostra huc redeat, nos velle probare, quod non Deus tantum, sed *DEUS IPSE* etiam (Gott selbst) mortuus sive passus sit, propter *ἰδιοποίησιν* sive appropriationem, quodq; inde verba cationis id enuntiantia analogiæ fidei sint consentanea. Id quod nunc probamus (I.) ex clarissimis *scripturae testimoniis*, provocamus hic ad 1. Cor. 2, 8. Act. 3, 15. cap. 20, 28. Rom. 8, 32. Gal. 2, 20. & ex his locis ita argumentamur; Aut hæc loca propriè; aut per ἀλλοίωσιν Zwinglianam sunt explicanda. Si proprie, quis alius, quam *DEUS IPSE* (Gott selbst) est passus & mortuus? nisi enim ita hæc dicta explicentur, ἀλλοίωσις Zwingliana locum habebit, illa enim iis est, quando una natura nominatur, altera vero tantum intelligitur: (19) vel, est desultus aut transitus ille, aut si mavis, permutatio, qua de altera in eo (Christo) natura loquentes, alterius vocibus utimur, (20) & secundum quam hæc propositio; *Dominus gloriae est crucifixus*, ita esset resolvenda; Caro sive humana natura Domino gloriae unita est crucifixa, quemadmodum & reliquæ. Quæ perversa Scripturae interpretatio, omnisque elabendi rima præciditur, quando subjecta particula *IPSE*, sive germanicum *Selbst* apponitur, ut dicatur; *IPSE Dominus gloriae est crucifixus* &c. Quod videns judiciosissimus *B. D. Danbæuerus*, dictum petrinum Act. 3, 15. (21) ita explicat; ἀρχηγὸν das ist den Fürsten und die Quell des Lebens / die ist *Gott selbst* / habt ihr getödtet. Imo Autor Apologiae hoc videtur fateri, quando ex *B. Johan. Meisnero* (22) in apologia sua (23) scribit; *Quis queso, est ille Dominus gloriae? sane Filius DEI ipse (Gottes Sohn selbst) non tantum in sua H. N. neq; solum*

(19) *Apol. p. 9.* (20) *Danbæwer. Hodomor. Calvin. Phantasm. 8. p. m. 1491. & seq.* (21) *In memoriali Evangelico p. 334.* (22) *In examine Catecheseos palatinae pag. 522.* (23) *pag. 32. §. 6. & pag. 11. §. 9.*



solum in sua personali substantia, sed etiam NB. in sua natura Divina consideratus, nunc argumentor; filius DEI ipse, Dominus gloriae, in sua natura divina consideratus est passus. Filius Dei ipse, Dominus gloriae, in sua natura divina, consideratus est DEUS IPSE (Gott selbst) E. DEUS IPSE (Gott selbst) est passus, & per consequens verba cantionis virtualiter & per bonam consequentiam ex Scripturae dictis cit. possunt probari. Ex eodem dicto Petrino B. Siricius (23) jam suo tempore ita; mors IPSI FILIO DEI tribuitur. Ex Act. 20. v. 28. B. Dorscheus (24) hanc loquendi formulam elicuit: IPSE DEUS sanguinis effusione redemit Ecclesiam. Et quid multis? in dicto Paulino Gal. 2, 20. haec loquendi formula: Gott selbst liegt todt/continetur. Quid enim aliud est; Gott hat NB. sich selbst für uns dahin gegeben/quam Gott selbst liegt todt? perinde ac si dicerem; Titius hat sich selbst zum Bürgen dargestellt/quod idem est ac; Titius ist selbst Bürge worden. Unde Autor Apol. (25) hoc dictum omnium Verbis cantionis probandis convenientissimum, quanquam subjiciat, cum nostris verbis non esse formaliter idem, vocat. Quomodo idem ex Ps. 22, 18. (26) inferat; E. DEUS IPSE in hisce partibus passiones pertulit (also hat Gott selbst an diesen Theilen gelitten) ex B. Haberkornio (27) jam non subjiciemus. Pergimus, & nostram sententiam probamus (II) ex ipsa hujus Propositionis natura. Qui vernaculae nostrae germanicae genium callet, novit, pronomen Selbst subjecto immediatè appositum, habere vim non reduplicandi, ut quidem celeberrimus epistolae Apol. Autor (28) vult, de quo infra, sed recipiendi, & aliud quodcunque excludere subjectum. Sic enim quando dico; In diesem Hause ist eine grosse Traur/denn der Hauß-Vater Selbst ist gestorben/hoc volo, Patrem familias in propria persona, non alium sive filium sive filiam, sive servum, esse mortuum. Item; der Superintendenten zu Bilefeld selbst wil die Worte des Gefanges: O Traurigkeit c. Gott selbst liegt todt/vor irrig erkläret/und aus dem Gefange heraus geworffen/andere aber an deren Stelle gesetzt haben/sensus est, quod ipse Superintendenten in propria persona talia molliatur &c. Unde colligere datur B. Ristium, cantionis authorem, per haec verba: Gott selbst liegt todt/tantum voluisse aliud quodcunque

B

ex-

[23] In Collegio Theol. p. 226. [24] In Diss. ejus Inaugur. super hoc dictum. [25] pag. 35. [26] loc. cit. p. 7. §. 5. [27] In Diss. de Passione Christi T. 9. Dissp. Gießens. p. 928. & seq. [28] Epist. Apol. p. 60.

excludere subjectum, quod est extra intimam cum DEO conjunctionem, sive DEO tantum exterius adjunctum; scilicet non nudum hominem, nec DEUM allojoticum secundum nomen talem, ut Reformati volunt, sed *ipsum Deum*, (*Gott SELBST* und kein blosser Mensch) pro nobis esse mortuum; imò singularem solatii vim & emphasin, ut rectè frater meus observavit, simul adnotare voluit. Nunc quæro ex Dnn. Dissidentibus, an nobis concedent hanc propositionem hoc sensu intellectam? an non DEUS IPSE, non verò nudus homo, pro nobis est mortuus? Si Lutherani esse velint, affirmaturos esse opinor, quid ergo de Orthodoxia horum verborum multis dubitandum? quam ulterius probamus (III) *ex paritate & similitudine aliarum propositionum*. Accersimus huc simile, quo Theologi nostri in probanda propositionis; *DEUS est passus*, veritate utuntur, à Petro petito. Quemadmodum scilicet, cum Petrus patitur secundum carnem non propterea sola caro, sed *Petrus IPSE*, ut dicere possim; *Petrus SELBST* hat gelitten/pati dicitur, quamquam anima in sese vel natura sua immortalis sit, ita cum filius Dei patitur, vel mortificatur secundum carnem I. Petr. 3, 18. non patitur vel mortificatur sola caro vel humana ejus natura, sed vere paritur & moritur filius Dei IPSE in propria personæ (29) ut dicere possim: *Gott SELBST* hat gelitten/*Gott selbst* liegt todt. Imò quemadmodum rectè dico de lacte ubi albedo & dulcedo conjuncta sunt; hoc IPSUM album est dulce: (*das weisse Ding selbst ist süß*) ubi sensus propositionis ab aliis intellectæ non est; ipsum hoc album qua album est dulce, sed hic potius, IPSUM hoc album, cui dulcedo intimè juncta est, non vero aliud quid albo tantum exterius adjunctum est dulce: ita plane eodem modo, IPSE DEUS est mortuus, *Gott SELBST* liegt todt/cum dico, non intelligo DEUM qua DEUM esse mortuum, sed hoc tantum nego, aliquid quod extra Deum est, esse mortuum: (30) imò eò magis DEUM IPSUM mortuum esse in unione cum carne dicere possumus, quia unio inter Deum & carnem est personalis, qua nulla, ut ita loquar, intimior & penetrantior excogitari potest, cum unio albedinis & dulcedinis in lacte non sit personalis sed accidentalis. (31) Et cum ipsi Theologi passim fundamentum harum locutionum vocent ipsam unionem, cum quibus

[29] *Vid. Calov. Syst. T. 7. p. 306.* [30] *Vid. Wideburg. Syst. p. III. 314.* [31] *Vid. B. Pfeifferus Sceptic. part. 2. c. 10. §. 3. p. III. 398. & seq.*

bus & facit Author Apol. (32) & ex illo argumententur; quam vere incarnatus est Deus, tam vere passus est; ita eodem modo & ego invictè colligere possum, quam verè IPSE Deus incarnatus est, tam verè IPSE Deus est mortuus. Ut adeo si dicere possum, Gott SELBSE ist Mensch geworden/Marien Sohn SELBSE ist Gottes Sohn Gott SELBSE ist Mensch; ita etiam recte dicam; Gott SELBSE ist gestorben/Gott SELBSE hat gelitten/Gott SELBSE liegt todt/rc.

§. 3. Atque ita satis superque probatum, verba cantionis analogiæ fidei esse consentanea, credimus; nunc porro & præcipue, cum celeberrimus epist. Apol. Autor, (33) à nobis postulet, ut auctoritatem hujus loquendi formulæ allegemus, studebimus ostendere, verba cantionis esse Orthodoxis Theologis consentanea. Id enim si evictum fuerit, eò clarius facti Dominorum Dissidentium in reprehendendo fratre meo iniquitas, & singularitas in Reformatione hinc patebit. Prodeat ergo primo loco B. Affelmannus, (34) qui ex appropriatione, sive ἰδιοποιήσεις colligit; hinc IPSE Deus passus est. Succenturiatur huic B. Joh. Meisnerus (35) qui ita: IPSE filius Dei naturalis ex Maria natus; idem habetur (36) & (37) ergo IPSE filius Dei nascitur, patitur & moritur, ibidem (38) passio IPSISSIMO Dei filio tribuenda, item (39) Deus IPSE passus & mortuus, idem ex Augustino probat (40) qui inter alia; ut quicquid in carne pateretur, Deus IPSE pateretur. Porro: Calvinianos vane jactare, quod doceant: Deum IPSUM passum esse. Et (41) variis adductis è Reformatis testimoniis ostendit: quod negent Deum IPSUM passum & mortuum esse. Gemina habet (42) B. Milerus quando (43) ex Irenæo: ipsum verbum Dei incarnatum suspensum est super lignum. Et paucis interjectis, ideo, dicit, Christum in medio passionis actu se filium Dei professum esse, ne quis ambigeret IPSUM Dei filium passum esse. Theologi Wirtebergenses (44) negant, Calvinianos sincerè credere, quod IPSEMET filius Dei passus sit (45) sub finem itidem (46) iterum (47) ex Lutheri Tom. Isleb. allegantur verba; non solum carnem filii hominis, sed Deum IPSUM esse occisum, & quia Massonius hæc verba tanquam duriora carpat; dieser Paß wegen des Wörtleins (GOTT SELBSE) und wegen

B 2

- [32] p. 2. §. 4. p. 4. §. 8. sub fin. p. 6. §. 3. p. 10. §. 8. p. 11. §. 11. [33] p. 66.
 [34] in Syntagm. Dissp. Tom. 1. p. 160. §. 78. [35] In examine Cateches. Palat. p. 457. [36] p. 461. 462. 463. 467. [37] p. 470. [38] p. 510. [39] p. 512.
 [40] p. 513. [41] p. 515. [42] p. 522. 523. 524. 525. [43] in formul. Concord. p. 138. [44] In Antapol. p. 385. [45] p. 386. [46] p. 389. [47] p. 406.

wegen des Beysatzes lautet hart/ & inde colligat; ist Gott selbst ermordet/ so haben sie nicht allein Marien Sohn in seine Hände und Füße geschlagen/ so muß auch die GOTTES mit gelitten haben/ (an non idem celeberrimus Epist. Apol. Author cum Massonio hic sentiat, aliis dijudicandum relinquo) dicunt *Wittebergenses Theologi*, quod & ipse neget Deum IPSUMET passum esse, sicut & *Massonius* improbet *Cyrilli* locutionem: IPSUM *verbum passum* esse proprie das Wort hat GOTTES eigentlich gelitten - - diß sey unvorsichtig geredet. *B. Job. Schmidius* (48) has propositiones, quæ IPSUM Deum (filium) ex Maria Virgine natum, passum, crucifixum, mortuum dicunt, tanquam verissimas & realissimas propugnat & paulò post infert; *nisi Deus IPSE realiter passus fuisset, non potuisse divina justitie satisfaceri.* Et in eadem thesi (49) ita quoque *Lutheri* mentem contra Reformatos exponit; IPSUM Deum, & Dei filium verè realiter passum esse. *B. Dorscheus* (50) IPSE Deus sanguinis effusione redemit Ecclesiam. Et notatu digna sunt, quæ habentur, (51) quæ brevitas causa huc non transcribimus, sed hoc tantum quærimus, an minus sit, quò ibi mortem Dei describit, quàm cum dicitur; IPSE Deus mortuus est, Gott GOTTES liegt todt? Item quando in eodem tract. (52) aliquoties dicit; *Funus est in SS. Trinitate?* Apud *B. Haberkornium* (53) vel centies hæc loquendi formula in peculiari Tractatu: *Filius Dei IPSE vel IPSE Deus est mortuus,* (54) occurrit. *B. Brochmannus:* (55) *Scriptura luculenter docet IPSISIMUM Deum crucifixum & interentum esse.* *B. Calovius* (56) sexies & (57) ter hac loquendi formâ utitur. *B. Sebast. Schmidius:* (58) IPSE quoque Deus passus est. *B. Menzertus:* (59) IPSE Dei filius mortem passus in propria carne. *B. Graverus* (60) expressum vocat fidei articulum: IPSUM filium Dei unigenitum pro nobis passum esse, quæ propositio sexies repetitur (61) & quis omnes, qui hanc propositionem habent, allegaret? Ne verò celeberr. Epist. Apol. autor habeat, quod

[48] *Disp. de Communic. Idiom.* §. 43. [49] p. seq. [50] in *Disp. Inaugur. ad Act.* 20. [51] in *admirandis mortis* p. 65. edit. in 4to. [52] p. 72. [53] in *epitome de persona Christi Disp. V.* [54] *Vid.* p. 136. 137. 138. 143. 145. 146. 163. 180. 195. 199. 262. 280. 287. 296. 249. 254. 255. ubi τὸ ipse ex plurimis *Scripturae* locis probatur p. 256. *Syllogismus adstringitur* 257. 260. 261. 262. 263. 264. 293. 447. [55] *In System. Sect. 12. Q. 1.* p. 342. [56] *In System. Tom. VII.* p. 306. 308. 310. 311. 314. 315. [57] *In Synopsi* p. 267. 268 [58] in *Myst. gratia.* p. 377. [59] in *Manuali* p. m. 73. Q. 75. [60] *Disp. de Passione Christi* §. 10. [61] §. 11. 12. 13. 15. 21. 23.

quod excipere possit, in latina lingua quidem talia occurrere, (quamquam vana aliàs hæc sit exceptio, cum quod latinis, ipse, hoc germanis Selbst esse, vel tyro latinæ linguæ novit, de quo plur. infra) hic autem quæri, an apud probatos Theologos hæc formula loquendi: **G**ott selbst liegt todt/in vernacula nostra occurat? Agedum, ut liberales simus, adducamus etiam in hoc passu magni nominis Theologos, & quidem primo loco *B. Megalandrum Lutherum nostrum*, qui (62) ita: Die Wunden die sie Christo --- geschlagen haben/ sind nicht Marien Sohn in seine Hände und Füße geschlagen/sondern **G**ottes Sohn oder NB. **G**ott selber. (63) ie wer ist's aber gewesen? (der gelitten hat und auferstanden ist/) **G**ott/NB. **G**ott selber / oder **G**ottes Sohn. *B. D. Danmbauerus* (64) ex *Tom. Isleb.* (65) ita inter alia adducit Lutherum loquentem: Sondern ist also **G**ottes Sohn und NB. **G**ott selber ermordet und erwürget. Assentiuntur huic *Witteberg. Theologi* (66) quando scribunt (67) wie solte dann der **S**ohn **G**ottes selbst (nach der Reformirten Lehre) warhafftig gelitten haben und gestorben seyn! (68) Die Reformirten ruffen unsere und NB. der Schrift Lehre (crediderunt ergo hanc propositionem scripturariam esse) daß der **S**ohn **G**ottes selbst für uns gelitten habe für Eutyichianisch aus. (69) *Massonius* verwirfft auch *Cyrilli* Rede: das Wort **S**ELBST habe proprie eigendlich gelitten (70) *Jofias Simlerus* (Reformatus, lehret ebenmäßig - - **G**ott selbst habe nicht warhafftig gelitten. (71) Die *Heydelberger* - - glauben nicht / daß das **L**eyden - - **G**ott selbstem zugeschrieben werde. (72) *Nestorius* hat geleugnet/daß der **S**ohn **G**ottes selbstem gelitten habe. (73) Daher die alten Kirchenlehrer geschlossen - - wer da leugnet/daß **G**ott selbstem gelitten habe im **F**leisch/der ist als ein **J**ude zu fliehen. (74) Denn wenn **G**ott ihm selbst nicht die **L**eyden zugeeignet hat (75) wenn es nicht des ewigen **S**ohn **G**ottes selbstem - - Gehorsam und **L**eyden ist. Excipiat hos *B. Calovius*: (76) hievon haben wir billich dem **C**hristlichen **C**oncordien **B**uch zuzuhören (Ergo hic Theologus hanc propositionem Symbolicam esse credidit) in der gründlichen **E**rklärung fol. 306. um dieser persönlichen **V**ereinigung willen

B 3

[62] In *Tom. Witteberg. T. III. F. 553.* [63] *F. 554.* [64] in *sua Hodosoph. Phæn.* 8. p. m. 653. [65] p. 305. [66] In dem gründlichen **B**eweis. [67] p. 761. [68] p. 764. [69] p. 765. [70] p. 768. & seq. [71] p. 769. [72] p. 770. [73] p. 772. [74] p. 773. [75] p. 778. [76] in *Hist. Syncretismi, L. 3. p. m. 706.*

len -- hat der Sohn Gottes selbst -- wahrhaftig -- gelitten und ist wahrhaftig gestorben. (77) Auf solche Weise würde auch gesagt werden -- nicht daß der Sohn Gottes selbst in der Wahrheit gelitten. Eandem loquendi formulam, imò hâc duriozem, legimus apud B. Dannbauerum, (78) die grosse Speer-Wunde war -- eine Göttliche (annon hoc durius sonat quam nostra cantionis verba): oder Gottes Wunde -- sondern der Sohn Gottes selbst -- mußte sich verwunden lassen. Paria habet in Memoriali Evangel. (79) (Celeber. L. Adami) aliàs Misfander: (80) daß -- Gott selber gelitten habe/verwundet worden/ und gestorben. Scriptis homileticis celebris D. M. Weybenmeier (81) Nun es aber der Sohn Gottes NB. ja Gott selbst ist/der gelitten /so können wir geruhig seyn. Et (82) Also wie solten wir es besser wünschen zu haben/als es der Sohn Gottes selber (in Passionibus) gehabt. Plura non adducemus. Eat nunc celeb. aliàs Ep. Autor & scribat: (83) Nihilominus tamen & hic per συνατάβασιν cum Dnn. Antagonistis agere possumus, certi propositionem illam, quam in Ristio tantopere ceu veram & nihil incommoditatis habentem propugnant NB. à nullo Theologo, qui alicujus sit nominis, usurpatam unquam --- vix tamen est, ut credam NB. aliquam nobis hoc in capite Dnn. Antagonistas allegare posse auctoritatem, nisi quam ipsimet indulserunt contra Dn. D. Dresingium.

§. 4. Expedito priori thesco membro, ad alterum dilapsi, quo probare sustinemus, maximè opus esse ut verba cantionis: **GOTT** selbst liegt todt/ retineantur, & pro defensione, si ab adversariis impetrantur, illorum juste certetur, in genere quidem defectu necessitatis, quæ hic illa rejiciendi nos urgeat, ut superiora demonstrarunt, & maximâ Theologorum: In Adiaphoris in gratiam adversariorum, ne latum quidem recedendum unguem, sed standum & pro libertate, in quam Christus nos asseruit, undique pugnandum, (84) hic contenti esse possemus, rati, ita hoc membrum satis superque probatum esse, ne tamen in aliquo deesse videamur, erimus largi, & alias producemus probationes, scil. (1) quia majorem emphasin verba cantionis in descriptione subjecti, quod pro nobis est passum, quam hæc & similes propositiones: Der **HERR** liegt todt/Gott ist gestorben/.c. habent. si enim dico, Gott selbst liegt todt/

[77] p. 714. [78] in *Lacte Catechet. P. VIII. p. 6.* (79) *Vid. supra §. 2. arg. 1.* [80] in *Deliciis Bibl. N. T. m. April. 1694. p. 747.* [81] in *tragœdia Tragœd. p. 14.* [82] p. 17. [83] p. 66. *Ep. Apol.* [84] *ad Galat. 2, 5. Cap. 5, 1.*

innuus, non nudum hominem, nec Deum *allojoticum* qualem aliàs Reformati in dictis scripturæ intelligunt, sed verum æternum Deum *in propria persona* realiter pro nobis esse mortuum, ut hinc eò certiores de perfectione redemptionis nostræ certi esse possimus. Vallet hic simile à bilance petitum quod *B. noster Lutherus* (85) adduxit à libris Symbolicis tantopere propter emphasin suam commendatum; (86) jam vero eæ finè dubio propositiones, quæ cæteroquin orthodoxæ virtutem & pondus Passionis magis exprimunt, sunt præferendæ & servandæ. Argumentor: *Quæcumq; verba analogie fidei conformia, singularem ad describendum passionis subiectum & pondus habent emphasin, quibus in mortis agone constitutus, me erigere possim, ea, debent retineri, aliis præferri & cum ab adversariis illa impetuntur, defendi. Atqui verba cantionis. Ergo Majorem, spero, mihi non negabunt Dnn. Dissidentes. Minor hætenus est probata. Porrò id patet (2) ex fine, propter quem hæc verba à Lutheranis Doctoribus adducuntur. Scil. opponuntur hæc verba perversæ Reformatorum Doctorum explicationi de ἀλλοιωσι, quæ ita tollitur & genuinus dictis Scripturæ de filii Dei passione agentibus suis ita relinquatur sensus, imò omnis hic elabendi rima adversariis præcluditur. Ante me jam hoc tum ostendèrè Hassi Darmstattini Theologi, quando hanc propositionem: Deus ipse est passus, Gott hat selbst gelitten/ideò pro plane necessaria habent, quod illà non tantum emphasis & propria sententia de Communicatione idiomatum divinatorum, exprimeretur, sed etiam ipsi Zwinglio omnis elabendi rima præcluderetur, termini inter illum & nos ponerentur, imò fundamentum fidei nostræ clarè proponeretur, (87) Equidem Apolog. autor (88) scribere non veretur, non opus esse, ut hæc præcisè retineantur verba, cum & alia: Der Herr liegt todt/adversariis satis superque opponantur; Sed quæro ex eo, quid ergo Orthodoxos nostros Theologos quos suprà adduximus, moverit, ut tam sollicitè non Deum tantum sed IPSUM etiam Deum (Gott/Gott selbst) (89) passum scriberent, si nulli sunt adversarii, quibus hæc opponantur verba, etsi non adeo sunt necessaria. Imò κατ' ἀναγκη, ut procedam, ipse autor Apologiæ (90) de Heidelbergensibus fatetur, quod scribant, non nudum esse ho-*

[85] Tom. VII. Witteberg. F. 530. [86] Vid. Formula concord. p. 772. [87] in fundament. deductione c. IV. p. 135. ad 155. præcipue 142. 148. 152. (88) p. 37. & seq. (89) vid. suprà §. 3. (90) p. 38. sub fin.

hominem passum, quamquam heterodoxo hoc detorqueant sensu, quid nunc videtur, si illis opponatur: *WIE SELBST* habe gesittet/diß Leiden werde *WIE SELBSTEN* zugeschrieben/ an hoc concessuri erunt? (91) Quid? Fatetur hoc Autor Apol. quando (92) objectionem Reformatorum, concedentium: Passionem totius Personæ esse, quæ sit Deus, licet non sit *verè ipsius Dei*, (*Wites selbst*) solvit ex infinitate passionis & mortis Christi. Possum ergò huc accommodare verba Apologiæ (93) & dicere, quod Dominus gloriæ & Princeps vitæ passus & mortuus sit, id propter Scripturæ S. autoritatem Reformati concedunt, sed quod *DEUS IPSE* (*Wtt selbst*) in divina natura concretive spectatus sit passus, est lapis ille offensionis unicus, ad quem pedes suos turpiter allidunt. Præterea nostræ cantionis verba ipsi etiam Nestorio opposita esse, supra adducta (94) satis superque probant. Unde argumentor: *Quæcumq; verba idè à Lutheranis adducuntur Doctoribus, ut perverse Reformatorum in Dictis Scripturæ de Passionis subiecto agentibus allojotica explicationi opponerentur, omnis elabendi rima illis præcluderetur, Nestorianismus fugeretur, suus Dictis Scripturæ genuinus & orthodoxus sensus relinqueretur, imò adversarios, qui illa allatrent, habent: illa maxime sunt retinenda & contra hos adversarios vehementer defendenda. Atqui nostra cantionis verba. Ergo. Major est in confesso, & Minor hætenus probata. Plura adduceremus, nî temporis & chartæ angustia exclusi essemus.*

§. 5. Post igitur, quam vidimus, quid de verbis Hymni passionalis: *Wtt selbst liegt todt/sit habendum?* restat, ut breviter, quantum pagellarum angustia permittit, argumenta Dnn. Dissidentium in contrarium adducta examinemus, illa autem combinata, ut brevitati simus studiosi, & in compendio sistemus. Sic ergò celeb. Ep. Apol. Dn. Autor (95) obvertit (1) *nostram propositionem non esse biblicam; nec* (α) *κατὰ τὸ ῥητόν.* Verba hæc sunt: *Et quid multa? propositio Wtt selbst liegt todt/non est biblica --- iterum itaq; assevero propositionem, Wtt selbst liegt todt/non esse biblicam, neq; αὐτολεξεί totidem verbis.* Subjicit: *Jam verò ubi ipsa Scriptura S. viam nobis non præivit, ibi in arduis ejusmodi mysteriis tuto sequi non possumus, seipser memores triti illius: ἄδὲν ἄτῃ γῆραφῆς, nihil sine Scriptura.* (96) Apologiæ Dn. Autor idem objicit, (97) & ex eo infert,

propte-
(91) Vid. supra §. 3. *quanam Wittebergenses de Heidelbergensibus scribant.* (92) p. 22. §. 20. (93) p. 11. & seq. (94) §. 3. (95) p. 56. (96) p. 57. Ep. Apol. (97) Apol. p. 35. §. 13.

propterea hanc phrasin mutationem subire potuisse. Sed respondetur (1) nescio, an propterea, quod hæc propositio expressis verbis in Scripturis non contineatur, simpliciter ac absolute pro non-Biblica sit habenda, præcipue, quod per bonam consequentiam in Scriptura contineatur? argumento loci Matth. XXII, 31. Nostri enim Theologi & id Scripturæ nomine contra novæ artis Patronos vocant, quod virtualiter in Scriptura continetur. (98) (2) Concedimus totidem literis & Syllabis nostram propositionem in Scripturis non contineri, quid autem exinde? An propterea non est defendenda? Ostendat mihi quæso celeb. Autor, ubinam totidem literis in Scriptura S. hæc propositio: *DEUS est passus*, sive: *DEUS est mortuus*, contineatur? quam tamen & nostri Theologi, & celeb. Autor (99) defendunt. Si nihil, quod non totidem literis in Scripturis continetur, est credendum, nemo de se quod sit salvandus, credere posset. Sed videtur Ep. Apol. Dn. Autor claritate rei convictus hæc nobis concedere, dum sibi ipsi (100) ex terminis ecclesiasticis format objectionem, & respondet, *hos posse retineri, dummodo res ipsa in Scripturis contineatur*, sed addit, *dissimilem hic esse rationem, quia de nostra propositione non possimus probare, quod Ecclesia illa hoc quidem tempore carere non possit, & quod divina veritas citra illam propositionem contra adversarios defendi satis non possit, quodque per illam solum è latibulis protrahi debeant* οἱ ἐξ ἐναντίας. Resp. (1) hæc omnia propositioni, *DEUS est mortuus*, objici possunt, quam tamen retinendam esse, Dn. Aut. (101) cum reliquis Theologis concedit. (2) Hactenus ostendimus hujus propositionis necessitatem, & quâ ratione adversarii ex latibulis protrahi possint.

(β) Nec κατὰ διάνοιαν (102) quia (α) hæc propositiones; Dominus gloria crucifixus est: Auctor Vitæ interfectus est, cum nostra non sint pares. Subjectum enim in illis propositionibus esse concretum natura tale, quod quidem ll. cc. naturam divinam reveram denominet, possit tamen & humana Christi natura, quæ etiam sit Dominus gloria & c. attribui, sed vero Ὁὐτὸ ἘἴΒῆΣ tale esse concretum natura divina, quod neque simpliciter sumtum, neque præprimis cum addita significatione vocula ἘἴΒῆΣ de humana Christi natura per particulas restrictivas determinata, cum non dicere possim; Christus secundum humanam naturam est Deus IPSE, (Ὁὐτὸ ἘἴΒῆΣ) predicari possit.

C

(103)

(98) vid. inter alios B. D. Danubauerus Polemosoph. p. m. 333. seq. (99) p. 62. seq. (100) p. 57. & seq. (101) epist. Apol. p. 62. & seq. (102) p. 58.

(103) ad quod Resp. (1) Committemus hinc Epist. Apol. Dn. Aut. cum Dn. Aut. Apol. qui (103) expresse affirmat, hanc propositionem in Scriptura S. virtualiter contineri, (2) Si per omnia nostra propositio cum adductis similis esset, κατὰ τὸ πρῶτον in Scripturis contineretur. (3) diversitatem subjectorum nullam hinc esse largietur, quisquis cum nostris Theologis concesserit hanc propositionem; *Christus secundum H. N. est filius DEI naturalis* (quam propositionem contra Calixtum & B. Calovium, pleriq; Nostrum defendunt, (105) nihil ergo verba celeb. Autoris Ep. Ap. (106) ex B. Calovio hinc præjudicant) & dixerit eodem modo & Christum secundum H. N. esse DEUM IPSUM, utrumq; scil. personaliter. Imo (3) quidam ex Nostris hisce, Christus secundum D. N. est homo, & Christus secundum H. N. est Deus, & similibus loquendi formulis, teste Dn. D. Fechtio (107) *ut vim propositionum personalium & differentiam sensus Lutherani* (sunt verba prælaudati Fechtii) *& Calviniani in iisdem exprimerent, utuntur.* Quo nunc & non alio sensu, nisi & propositio hæc: Christus secundum H. N. est Dominus gloriæ, rejicienda esset, hæc allatæ quorundam Nostrorum propositiones citra omnem Eutychnianismi metum retineri possunt, eodem & hanc probe intellectam; *Christus secundum H. N. est DEUS IPSE*, Christus ist nach seiner Menschheit *DEUS SEIPSE* / servari citra omne Eutychnianismi periculum putaverim. Ut adeò hoc nomine nulla inter subjectum biblicarum & nostræ differentia fuerit, quod erat demonstrandum. (Cæterum quando ad Syllogismum fratris mei; *Dominus gloriæ crucifixus est, Deus est Dominus gloriæ, Ergo Deus crucifixus est.* Item; *Autor vitæ interfectus est, DEUS est Autor vitæ*) *DEUS interfectus est.* Dnn. Contradicentes (108) respondent; subjectum Majoris non (esse universale, cum) τὸ omne quod non possit præponi, breviter repono; fratrem meum subjectum Majoris proposit. utriusque Syllogismi in illo sensu, quo Apostoli Petrus & Paulus illud acceperunt, capere voluisse, jam autem illi per Dominum gloriæ & Autorem Vitæ non alium, quam secundam personam SS. Trinitatis intelligere voluere. Quod dum verum est, talis propositionum emergit sensus; *Autor Vitæ & Dnus gloriæ, NB. qui est secunda SS. Trinitatis Persona, est interfectus atque crucifixus, nunc præponant signum universale & res erit clara.* Imitari hinc voluit

fra-

(103) p. 31. §. 14. (104) Vid. Quenst. Syst. Part. 2. Sect. 2. c. 3. m. 1. Q. 8. p. 149. & seqq. (105) p. 67. (106) Compend. Theol. manuscr. loc. de Christo §. 36. (107) Vid. epist. Apol. p. 59. (108) Vid. form. Conc. p. 771.

frater B. Lutherum ita argumentantem: *Hæc Persona* (ad Christum digito ostenso) *moritur, patitur. Hæc autem persona est verè Deus. Rectè igitur dicitur; Filius Dei patitur.* (109) Instantiam, quam celeberrimus Ep. Apol. Autor subjunxit, longè diversam esse, cùm ibi abstractum confundatur cum concreto, hic autem concretum & in Majore & in Min. maneat idem, quisquis videt.

(b) *Quia germanicum, Gott selbst / tantundem notet ac Deus quæ Deus, vel Deus secundum Deitatem,* (110) id quod ex aliis loquendi formulis probat, quando v. g. dicatur: zu Dortmund hat der Superintendentens selbst die Veränderung des Lieds befördert / i. e. *Superintendens quæ Superintendens & ex officio &c. pari modo hanc formulam, Gott selbst liegt todt, pressius consideratam hoc dicere, Deum ipsum, secundum ipsam divinitatem [GOTT selbst als GOTT] mortuum esse, quem sensum neminem quenquam, qui gnarus sit idiotismorum lingua & animum ad attentionem excitaverit, propositioni huic negare posse &c.* (111) Sed Resp. (1) fundamentum, cui hæc probatio substernitur, plane est cariosum. Quis enim unquam audivit, particulam Selbst in vernacula habere vim reduplicandi? Si dicerem; der Superintendentens N. N. Selbst hat sich sehr versehen; der Superindens Selbst hat mich gesprochen / &c. an idem hoc est, ac Superintendens ex officio quæ Superintendens? quis unquam hoc dixerit? Nec exemplum productum hoc probabit. Hæc enim formula; zu Dortmund hat der Superintendentens Selbst die Veränderung des Liedes befördert / nihil aliud dicit, quam Superintendentem in propria persona & non alium, hanc mutationem promovisse. Si enim sensus Celeberrimi Autoris, Superintendens quæ Superintendens & ex officio hanc immutationem promovit, locum habet, tale absurdum sequitur, quod Superintendens quæ Superintendens & ex officio propositionem aliquam (ex hypothesi Domini Autoris) heterodoxam & ἀντιγὰρον libris Psalmorum inserere voluerit. Quis autem talia dixerit?

(2) Theologi ex germaniæ quasi medietullio oriundi, supra (112) à nobis adducti, similes loquendi formulas adhibuere, an autem putaverit quisquam, hos non æque vel, si dicere liceat, magis genium linguæ nostræ novisse, quam Dn. Autorem Ep. Ap. Nec hîc exceptio, quæ (113) habetur, quicquam valet, genius enim linguæ ger-

(109) *Epist. Apol. p. 61.* (110) *l. c.* (111) *§. 3.* (112) *p. 64. & seq.* [113] *Colleg. System. P. IV. p. m. 33.*

manicæ superioris non ex Idiotismis inferioris Germaniæ, sed suis, indicandus est. Imo si negarem, inferiores germanos talem elicere sensum, unde mihi Dn. Autor hoc probaret? Dixisse nudè id non sufficit.

(3) Esto, verba Cantionis talem inducere sensum, qualem Dominus Autor præ tendit, perinde tamen heterodoxiæ alicujus sano sensu intellecta non possent argui, quemadmodum hæc propositio; *Deitas est passæ*, à veteribus non tamen sed recentioribus etiam v. g. à B. D. D. Osiandro (114) tantopere defensa & dextrè explicata, (Falsum ergò est, quod veteres in hac propositione non habuerint, qui illis adstipularentur) (115) & quemadmodum supra Autor Apologiæ (116) naturam divinam in concreto passam & mortuam esse, & (117) hanc propositionem; *Christus secundum D. N. in concreto passus est*, defendit: ita quid obstaret, quo minus & nostra ex hypothesi Dni. Autoris ita intellecta; *Deus quia Deus est mortuus* (*Gott als Gott ist todt*) ita explicari posset: *Deus quia Deus i. e. secundum D. N. in concreto consideratus* (*Gott als Gott und nicht allein als Mensch oder ein blosser Mensch ist todt*) est mortuus, quid hic absurdum? Occurrit hæc loquendi formula apud Dominum Christoph. Nicolai (118) quando ita: Christus hat unsre Kranckheit und Schmerzen getragen/und der Sünden wolverdienten Straffen auff sich geladen/ nicht nur allein nach seiner menschlichen/ auch nicht nur NB. nach seiner göttlichen Natur allein/sondern NB. nach beyden Naturen/ Gott und Mensch/ hat unsre Sünde und derselben wolverdiente Straffen getragen.

Objicitur (II) *Non esse hanc Propositionem symbolicam, id quod ex defectu pateat.* (119) Sed Resp. (1) Supra ex B. Calovio §. 3. contrarium ostendimus. (120) (2) Resp. addimus; *Form. Conc.* (121) *IPSE FILIUS Dei* (in german. exempl. *Gottes Sohn selbst*) *verè passus, & --- verè mortuus est.* Et alibi (122) ex Luthero: *IPSA enim, ipsa (inquam) persona crucifixa est secundum humanitatem.* Et quando ad locum ex *Form. Concordiæ* (123) adductum respondet Dn. Autor: (α) *germanicum Gott selbst plus dicere quam Deum ipsum.* (β) *Verba; Deus ipse, opponi à Luthero ἀλλοίως et Zwinglianorum, quam vero B. Dn. D. Dresingius pariter rejecerit.* (γ) *In Emphasi explicata verba hæc; Deus ipse, Lutherum non intel-*

[114] *Epist. Apol. p. 61.* [115] *p. 12.* [116] *p. 26.* [117] *In der Evangelischen Jesus-Freude P. I. p. 750.* [118] *Epist. Apol. p. 63.* [119] *vid. num. 76.*
[120] *p. 766.* [121] *p. 771.* [122] *p. 782.* [123] *Epist. Apol. p. 64. seqq.*

telleſſe: (124) tum repono *in genere*; Si celeberrimus Vir hæc Lutheri verba à verbo ad verbum tranſponere deberet, ſcire averem, quomodo *τὸ* Deus ipſe reddere vellet; annon quod Latinis; Deus ipſe, Germanis eſt, *Ἐὸττ ſelbſt?* *in ſpecie*; (α) diverſitas horum vocabulorum in diverſa Lingua prætenſa ex falſa profiſcitur hypotheſi, ſupra rejecta. (β) Etiam *B. Riſtius*, & qui cum illo ſupra adducti ita loqui amant, verba ſua *ἀλλοιώσεις* Zwinglianorum opponi voluere, ut haſtenus oſtendi. Et quamquam *B. Dn. D. Dreſingius*, hanc *ἀλλοίωσιν* rejecerit; ſi tamen verba cantionis propter prætenſum ſolum heterodoxum ſenſum, & non propter aliam cauſam correxit, humani quid hic paſſus eſt, ſalva tamen ejus orthodoxiæ. (γ) Emphaſis illa explicata nondum eſt probata. Et Autores Form. Concordiæ, & *B. Riſtius*, & nos verba hæc; *Deus IPSE, Ἐὸττ ſelbſt* Zwinglianorum *ἀλλοιώσεις* oppoſita volumus, oſtendentes Deum in propria perſona eſſe mortuum: Atque ſic cùm celeberrimus Dn. Autor nos *ὁμοψήφως* habeat, (125) quid contra nos tanquam Antagoniſtas tam prolixè & vehementer diſputat?

Obj. (III) *hanc propoſitionem à nullo Theologorum eſſe uſurpatam* (126) Reſp. Contrarium ex §. 3. patet.

Obj. IV.) *Autor Apologia* (126) (α) *vulgo eſſe ſcandalofam*. Reſp. metus eſt inanis. Si non ſcandalizatur vulgus per hæc verba: *Gott hat durch ſein eigen Blut &c. Act. XX, 28.* quæ ſane noſtris ſunt duriora, nec per paſſionalis: *Wenn meine Sünde mich fräncken &c.* verba: *Es hat ſich ſelbſt der wahre Gott &c.* (diverſitatem hic video nullam, niſi quod particula *Ἐὸττ* hic ſit DEO præpoſita, quæ diverſa poſitio nullam hic mutationem inferre poteſt) (127) quæ *B. Dn. D. Dreſingius* incorrecta reliquit; nec hic ſcandalum eſt metuendum. (2) Ideò ſunt verbi divini Miniſtri, ut, quæ videntur dura, commodè vulgo pro Concionibus explicent; quemadmodum *B. D. Simon Pauli* propterea Cantiones *B. Lutheri* populo pro Concionibus expoſitas in lucem peculiari Libello edidit. (β) *eſſe obſcuram, clariorem autem hanc, der Herr liegt todt;* (128) R. nondum hoc eſt probatum (2) inverto, noſtram eſſe clariorem; ſi enim dico *Ἐὸττ ſelbſt*/ſatis emphaticè Subjectum paſſionis exprimo; ſin ve-

C 3

rò;

[124] *Ep. Apol. p. 65.* [125] *Epist. Apol. p. 67.* [126] *p. 30. & ſeq.* [127] *p. 32.*
[128] *Apol. l. c.*

o; Der Herr / vulgus, quod Emphasin hujus vocabuli ignorat, quod etiam hominibus tributum novit, non statim scit, Deum esse mortuum. Unde sæpissimè in explicatione alicujus Textus Bibli- ci vocabulum Ebræum יהוה & Græcum κύριος præ se ferentis, so- lemus in gratiam Populi quærere; Wer wird durch den Herrn allhie verstanden? & respondere, nicht ein irrdischer/sondern der grosse Gott/ der da ist ein HERR aller Herren/c. (7) *Mutationem verborum nihil de- trahere estimio B. Ristii (129) Resp. imò detrahit, si expositio celeberrimi Autoris Epist. Apol. habet locum. Nec hic intentio respicienda, cum ipsomet Autore judice, Bona Opera adverbialiter estimanda sint. (130)*

§. 6. Superest, ut generale celeberrimi Dn. Autoris Epist. A- pol. sub finem annexum & nobis (ex hypothesi Autoris) solven- dum objectum argumentum examinemus, non obstante quòd sit nudus Gordius. Ita autem illud habet; *Qua mutatio non est facta (1) tumultuarie, sed maturo Consilio & deliberatione (2) non ex Autoritate pri- vata, sed publica Magistratus, (addo ex Apol. ex Autoritate R. Ministerii, cujus testes aliqui adducuntur demortui) (131) (3) neque ab homine privato, sed publico Ecclesie Doctore. (4) In libro Hymno, qui non habet Au- toritatem publicam universe Ecclesie nostre, sed partis saltem Ecclesie. (5) In formula qua non per consensum antecedentem, sed per conniventiam subse- quentem divulgata est. (6) In propositione, que est Biblica & ἐγγεγραφοσ ne- que $\text{ἀποδεξεί κατὰ διανοίαν}$ (7) imò que præstus considerata est ἀντίγραφοσ & contra Scripturæ veritatem (8) in propositione qua ad ultimum non habet auctoritatem Libb. Symbb. nec (9) aliorum Theologorum orthodoxorum, sed qua (10) unice saltem per inadvertentiam excidit; illa mutatio legitima est, & justis reprehensionibus & obrectationibus non est obnoxia. Atqui talis est mutatio propositionis illius, **Gott selbst liegt todt.** Ergo (132) Resp. ge- neraliter, argumentum hoc non ferit Fratrem, ille enim non di- sputat an hæc mutatio sit legitima? nec mutationem absolute ta- lem reprehendit, sed tantum NB. non opus esse, ut quam maximè in gratiam adversariorum hæc verba mutantur. Scire ergo averem cuinam hic nodus Gordius solvendus sit objectus? Cùm tamen Autor fra- trem, & qui cum eo sentiunt, non sine injuria pro Antagonistis habeat, hisque nodum Gordium solvendum proponat, ut libera- les*

[129] p. 35. [130] p. 40. [131] p. 28. seq. [132] Epist. Apol. p. 67.

les finus, assumimus illum, & h. m. solvimus (1) hoc membrum nihil probat, cum & ea, quæ maturo Consilio & deliberatione longa fiunt, erroribus sæpius obnoxia sint, exemplo Conciliorum, (2) hoc nondum est probatum, rem incertam esse diffensus Dnn. Contradictentium videtur probare, dum hanc reformationem factam esse (a) Autor Apol. (133) An. 1666. Epistol. V. Apol. Dn. Autor (134) ante viginti circiter annos, imò mox Autoritate Senatus (135) mox autem sibi de hoc non satis constare (136) (de quo autem mihi non satis constat, id non pro certo in minore propositione alicujus nodi Gordii est supponendum) scribit. (β) Testes (137) adducuntur demortui, qui se non possunt defendere. Fortasse unus adhuc in Rev. Ministerio Tremoniano superfuerit, qui vel ipsi mutationi præfuit, vel specialiora certè de hac mutatione dare poterit, quem cum non adduxerint, res videtur suspecta. (3) nec hoc aliquid probat; cum secundum Psalmistam (138) & magni homines errent. Veritas non dependet à subiecto sed ab objecto. (4) Conceditur hoc, sed negatur connexio, præcipuè cum adversarii Formulam in libro contentam arroserint, Ergo vel propter hos fuisset retinenda (5) hoc sufficit. Simile à ritibus & Ceremoniis Ecclesiasticis huc accommodari potest. Et cum forte omnes libri Psalmorum, solis Brunsvicensium ac Tremoniensium exceptis, hanc loquendi formulam contineant; (ut ex inductione probari posset, si tempus suppeteret) nescio annon propterea tota fere Ecclesia nostra hîc consentire dici possit. (6) Negatur quoad alterum membrum, ut hætenus ostensum, quoad prius, connexio vacillat. (7) (8) (9) Falsa hæc sunt omnia ut hætenus dicta probant. (10) Unde hoc probabitur?

CONCLUSIO.

Cum nostræ Disputationi finis sit imponendus, ex hætenus prolatis generale ad imitationem Dn. Autoris Ep. Apol. nestere solvendum possemus argumentum, cujus Conclusio fortè ostenderet, Dnn. Contradictentes in reprehendendo B. Nungessero & Fratre officia veri Christiani & veri Disputatoris excessisse, sed scommatibus pugnare nolumus. Subsisto ergò, & postquam denuo, ne in deteriorem hanc scriptiunculam meam raperent partem, neque, si respondere & *σὺππὰξ* ferram mecum reciprocare voluerint, personalibus &

con-

[133] p. 30. [134] p. 44. [135] p. ead. [136] p. 52. [137] p. 28. seq. [138] Ps. 62, 10.

convitiis, res tantum sectaturi, certarent, meamque scriptionem vel frigidum scriptum, vel alio quocunq; injurioso Titulo, cum tanquam celerrimè (sat cito autem si sat benè) & sine adjumento aliorum (quod tamen citra jactantiæ crimen scriptum volo) consignata, eruditioni illorum non responderit, in ipsorum favorem & amorem & Fratrem & me quam optimè commendans, Dnn. *Contradicentes* roga- vero, sub finem Deo, qui *IPSE pro nobis est passus*, cum Patre & Spiritu S. immortales pro viribus concessis persolvo grates. TANTUM!
MANTISSA.

Magnificus Dn. D. Georgius Henricus Görze, Eccles. Lubecensium Superintendens in dem Sendschreiben an den Verfasser der Lieder-Bibli- othec, Hn. M. Joh. Christoph. Olearium, der Christl. Lieder-Predigt Subjunct. p. 74. seqq. scribit: Wenn ich an die Worte/des von dem seel. Joh. Risten- verfertigten Passion-Liedes/ **O grosse Noth/ Gott selbst liegt todt/ gedencke/** so wundere ich mich nicht wenig/ daß man deswegen einen unnöthi- gen Streit auf dem Gymnasio zu Dortmund in Westphalen angefangen hat/ gleich als wenn solches wider die Aehnlichkeit des Glaubens ließe/ wenn man singe/ daß der Sohn Gottes gestorben sey/ und todt da liege. Wie es aber nicht unrecht ist/ daß ich dem Sohn Gottes das Blut beylege/ I. Joh. V, 7. Act. XX, 28. also ist es auch nicht zu verwerffen/ wenn ich von ihm sa- ge/ er sey gestorben. Denn hat mich der Sohn Gottes mit seinem Tode nicht erlöset/ so müste ich wol ewig sterben. Aber ihm sey ewig Danck/ daß er/ der Sohn Gottes/ für mich den Todt gekostet hat. Es ist hievon eine besondere Dissertation auf der benachbarten Universität Mosock / [die Gott segne!] unter dem Præsidio des dasigen Superintendentens und Professoris Publici, Herrn D. Joh. Nicolai Quistorpii, von einem gelehrten Westphäler/ M. Justo Westelo Rumpæo, gehalten worden/ worinnen er nicht nur den Statum Controversiæ deutlich erzehlet/ sondern auch diese Redens-Art aus der Heil. Schrift und mit Zeugnissen bewährter Theo- logen vertheidiget hat &c. - - Diesen und andern Zeugnissen/ welche in gedachter Dissertation angeführet sind/ können auch hinzugesetzt werden die Worte des vornehmen Theologi in Kiel/ Herrn D. Christian Korthol- tens seel. die in einer Ad. 1694. daselbst gehaltenen Dissertatione Theol. Morali, de vita Sancta Renatorum, p. 28. befindlich sind/ und also lauten: Qui dubitant, an recte & convenienter in Ecclesia canatur: **O grosse Noth/ Gott selbst liegt todt! Caveant, ne ipsi Spiritui S. Dicam scribant, quod Dominus gloria crucifixus sit** 1. Cor. II, 2. quodq; *Deus sanguinem fuderit*, Act. XX. 28. palam affirmanti. Et ecce argu- mentum: *Christus est mortuus: Christus est Deus ipse; Ergo Deus ipse est mortuus.*

Ad

Ad
Præcedentem & Clarissimum hujus Disputationis Auctorem,
M. JUSTUM WESSELUM RUMPÆUM.



Ulamdiu in Academia nostra versatus es, RUMPÆE
Doctissime, nunquam Te otiosum, semper ea, que salu-
taria sunt & laudantur ab omnibus, agentem con-
spexi. Est enim ea ingenii Tui alacritas, & ad ex-
grassandi innatus animo Tuo ardor ut impetu quodam
inuitato ad universa feraris, que aliquando & Ec-
clesiæ & rei literariæ fructum adferre possunt atq; ornamentum. Vi-
di, quanto non studio tantum & judicio, sed moderatione quoq; &
prudencia illum à tot seculis, non tam Græcorum, quam Germanorum
Philosophum & quasi universæ eruditionis creditum à longo tempore
magistrum, ab eo subiti contemptus & convitiis, totis in eum plu-
stris conjectorum, ludibrio liberaveris, quibus in orbem eundem non-
nulli hodie detrudere atq; ideo, quia minus quam alii, præcipue Platonici,
ad Fanatica somnia persuadenda idoneus est, diris devovere non
verentur. Neq; semel tantum, sed iterum iterumq; conscensa superio-
re cathedrâ de argumentis in publicum utilissimis differuisti, applau-
dente Tibi cunctâ eruditorum coronâ. Nunc in Theologorum quoq;
castris militas & innocuam loquendi formam, in quam innumera in
Germania nostra Ecclesiæ, vix unâ alteraq; dubitante, & universus
quasi Theologorum chorus, qui eandem adversus Reformatorem con-
suetas decipiendi artes consensu quodam adprobarunt, & tot anime
DEO devotæ, quod ne cogitari quidem, nedum numerari possunt, que
in publico convenientium cœtu modulatione quoq; jucundissima suffra-
gium ei suum adjecerunt, citra cujuslibet hominis offensionem, ubiq;
locorum conspirarunt hætenus, adversus oppugnationes quasdam de-
fendis, eandemq; & in Sacratissima Scripturæ litera, quoad voces idem
sonantes, & in liquida clarissimaq; consequentia legi demonstras. Ita

D

oro.

propius ad scopum Tuum collineas, eâq; Te sacrarum notitiâ instructum esse doces, quâ non viam tantum aliis, quod hæcenus impigrè fecisti, ad humanam sapientiam præire, sed DEI etiam populum, quandocunq; Supremo Numini videbitur, doctrinâ Tuâ, solidâ illâ & luculentâ, edificare queas. Ego certè universum institutum Tuum, vitamq; ad veram pietatis & modestiæ regulam, quod universi, maximi minimi, norunt, compositam, ita amo & complector, ut unice optem, in eum Te sacri muneris ordinem cooptari à me posse, qui fructum Ecclesiis conciliet haud pœnitendum. Nec alii quoq; non tam pro tuâ quam sacri cœtus salute invigilare cessabunt, si DEO, cui uni omnia Tua dicasti, confisus, nutum ipsius animo verè Christiano respexeris. Vale optimè. Scr. in museo, d. XV. Septembr. MDC CIII.

JO. FECHT, D. P. P. Consist. Duc. Adf.
& Distr. Roftoch. Superint. h. t. Acad. Rector.

Ad

Præcellentem & Clarissimum Dn. Authorem præsentis Disputationis,
DN. M. JUSTUM WESSELEUM RUMPÆUM,
Theologiæ Cultorem Strenuum,
ALLOQUIUM.

EX quo ad hanc nostram, Præcellentissime Domine Magister, venisti Academiam, mox Almæ matri demonstrasti, quod alacri, nec unquam remittendo studio ad eum finem grassaturus sis, quem Tibi divino nutu ex consilio optimorum Patronorum præfixisti. Hinc quicquid ad hunc scopum lacere quocunq; modo audisti, id strenuè semper persequutus es. Maximis minimis notum est, Te indefessa planè industriâ Theologicis, Philosophicis, aliisq; solidioribus studiis ita incubuisse, ut aliis exemplo esse possis, quod imitarentur. Totus in id hæcenus per D. G. fuisti, ut singulari eruditioni innocuam vitæ innocentiam, & optimos
mo-

mores adderes, ac amorem erga proximum probares; de quo & hodie Disputatio tua, in qua Clarissimi Fratris tui (cum fratrum alias gratia rara) famam servare integram, omnibus modis piè allaboras. In Cathedra publica tam Academica, quam Ecclesiastica, non unâ tantum alterâque vice; sed frequenter cum omnium Auditorum applausu conspectus es, partim Doctorum Disputationes placidè examinando, partim rarioris argumenti themata proprio Marte elaborata defendendo, partim ad populum verbum DEI purum proponendo. Ut, haud præoccupatus sinistris affectibus, tanquam ex unguibus leonem, cognoscat, Te veritatem quondam, si cum DEO vives, magno, cum Ecclesiæ emolumento propugnaturum animosè. Gratulor Tibi, Clarissime Domine Magister de his omnibus, quæ, propitiâ veritate affirmare potui, ac toto pectore precor, ut semper sis Ecclesiæ Orthodoxæ, & Scholis virtutum officinis pulcherrimo ornamento. Teq; omnibus, ut Conatus tuos honestissimos, omni Consiliô, omniq; operâ provehant enixè commendo, ac abs omnibus Musarum Patronis obnixè peto. Vale optime. Scribeb. in Musæo d. 22. Septemb. 1703.

JOH. NICOL. QUISTORPIUS, D.

Nobilissimo & Præcellentissimo Domino

M. RUMPÆO,

Amico Dilectissimo pariter atq; Æstumatisimo!

Quas mihi misisti literas, Præcellens Domine Magister, eò legi animo, quò circumplecti ad maturitatem contendentes ingeniorum fructus me debere existimavi. Adeo mihi placet diligentia Tua, quâ, nescio, numquid pertinacius esse possit, cum illa mentis moderatione, quam nostræ hucusq; Academia sic comprobâsti, ut de Te unquam conqueri nemo sit visus. Equidem ex eo tempore, quò primum de Te audivi,



divi, [ut probitatem morum pratoream, de qua non est, qui dubitat] invicta tua
inter quotidianos labores privatos assiduitas laudata semper fuit ab iis, qui
tecum conversabantur. Nec defuit occasio de Te judicandi amplius, cum publico
Illustrium in Virorum confesso eum Te praestitisti, qui & Amplissima Philoso-
phorum à ECte in ordinem doctorum haud indignè esset cooptatus, & fiduciam nobis
uberrimam excitaret, fore, ut pedetentim ad sanctiora aspirare posses veritatis
divina culmina. Cum autem nuperrimè domesticis meis colloquiis, inter honestissi-
mos quosdam Theologiae Cultores, Doctrinam Symbolicam amicè disceptatione
perquirentes excitatis, amicus Tu interesses: eam sensu animi rectè inflammati
indolem, eam lingua provide loquentis moderationem, & eam ingenii perspicacia
alacritatem, ut studium tuum apprimè laudandum & tunc verè laudaverim,
& vel hodiernum haud parum amem. Nunc postquam ex occasione domestica
cujusdam flammæ, quam primis in scintillis domi prenitus exstingui, quam in
periculosa nostræ domus Evangelica incendia prorumpere, multo praestiterat,
piorumq; si sit auxiliorum cura, vel adhuc sine mora sufficari suaseram, inter
nos voluisti declarare, quæ Tua de gravissimo, quod tractavisti, negotio mens
esset: rei quidem intra penates gesta apicem non discutio, id autem testimoniū
sine hesitatione adjungo, & rectè cecinisse B. Ristium, & Ecclesiā verè Evange-
lica consentiente nullā ex parte offensam mereri phrasin innoxiam, puram, ac
Veritati conformem, nec videri ullum esse scandalum, nisi quod sibi formere
potius, quam sumant, qui Libris dici volunt nostris Symbolicis ex animo adhe-
rere: de extraneis enim & à nostrā communionē recedentibus non est quod di-
camus. Hanc autem Divinam dum tueris veritatem, & retinendam potius
phrasin illam, quam temerè tollendam [si quæ enim tollentium casta dicuntur
esse rationes, eas ego penes suos autores & periculo suo, & suo bono esse jusse-
rim] nos Tibi consentimus: id maxime fas est DEUM rogari, ut Veritatis suæ
sicut Autor, ita & Defensor ipse velit esse. Patriæ verò Tuæ Illustrissimæ, cujus
quo tenear æterno charitatis, & officiorum vinculo, optimè Tu ipse nosti, de spe
in Tuis ad amorem cultumq; DEI efflorescentibus sane studiis ponenda quam
amantissime gratulor, vel fiducia potius veritatem polliceor, ac tandem, sicut
eos omnes, quos Inclytissima Tua Tremonia amat, suffragante erga DEUM pie-
tate semper amaturum me esse in singularis erga me benevolentia atq; amoris
vicem gratissime mentis causā recipio, ita quam beatissimos & in hac vita, &
post ejus decursum studiorum Tuorum eventus Tibi apprecor, Patriæq; Tuæ, cu-
jus muris DEUS presu semper, semperq; intersit, Tuam sedulitatem perlubenter
commendo. Vale! Scrib. in museo 18. Sept. Anno Sanctissima τρωγογίας 1703.

Tuæ Salutis Amantissimus

JOH. PETR. Grunenberg/D. P. P. Consil. Ducal.
Consist. & per D. Mecklenb. Superint.

•❧❧[o]❧❧•